

E Alexander ex Marchionibus Justiniani Patritius Januensis Dei, et  
 Apostolicae Sedis, Gratias Archiepiscopus Petren: Sini Domini Nostri  
 Pii Divinae Providentiae Papae VIII Praelatus Domesticus, ac  
 10 Pontificio Solio adsistens, ejusdemque Sanctitatis Suae ac Sedis Apostolicae  
 in his Castellae, et Algarbiorum Regni, cum Potestate Legati a  
 Latere Nuntius Apostolicus, & &

Cum ex foliis rationum in praeteritis annis, et novissime Nobis exhibitis  
 a Crovisore, aliisque Deputatis Ecclesiae Nostrae Dominae de Laureto  
 nuncupat: Nationis Italicae in hac Civitate existent: Nostrae jurisdic-  
 tioni immediate subjectae apparet, reductionem Missarum, et  
 Cappellaniarum, de qua iam actum fuerat anno millesimo octingente-  
 simo vicesimo quarto, et in proximo praeterito pro aeri alieni dimissioni,  
 magis magisque fieri necessarium, attentis ingentibus obligationibus  
 passivis quibus modis ipsis proventus in diem satisfacere nequeant.  
 Cumque Crovisor, et Deputati praedicti Nobis iterum iterumque reprehe-  
 sentaverint, quod rebus sic stantibus quam primum bona immobilia  
 dictae Ecclesiae spectantia executioni judiciali subiecta fieri, et Divi-  
 num Cultum jam valde ratione tam generalium, quam peculiarium  
 vicissitudinum diminutum, omnino cessare facile posset, et semper magis  
 strictam reductionem necessariam fore deberent. Nos attenta notabili  
 diminutione quam bona dictae Ecclesiae obligationum piarum gravata  
 modo patrentur, aliisque circumstantiis supra expositis, Sini Domino  
 Nostro Pio Papae VIII. recursum habuimus, ad hoc ut de sua  
 Apostolica Auctoritate, actuali ejusdem Ecclesiae status pro necessaria  
 aeri alieni satisfactione quin Divinus Cultus in totum cessaret, reme-  
 dium aliquod afferre dignaretur. Supplicationibus hujusmodi Sini Duce  
 Noster benigne inclinatus, ut supra hujusmodi reductione, ad effectum  
 dimittendi aeris alienum contractum, quidquid pro Nostro arbitrio, et  
 conscientia magis in Domino expedire judicaverimus gerere, statuere,

atque decernere posimus necessaria, et opportuna facultate, Nobis  
tribuere dignatus est. Nos igitur omnibus rite, recteque porrensis,  
ac matere examinatis, Apostolica Auctoritate Nobis in hoc casu spe-  
cialiter delegata utendo. Cappellania memoratae Ecclesiae ad quattuor  
tantum reducimus, in illique Cappellanum quoque Curatum, et  
Cappellanum Nationis Italicae comprehendere volumus, et intendimus,  
firmis in hisce duobus remanentibus obligationibus omnibus ad  
animarum curam spectantibus, quibus antea tenebantur, firmoque  
pariter eorum annuo stipendio in Biscentum septuaginta millia Re-  
galia: si tamen Cappellanus Curatus, scilicet, et Nationis Italicae  
ad Missae quotidianae applicationem pro Cappellaniarum obligatio-  
nibus tenebantur, alii quoque duo Cappellani Missam pariter quodia-  
nam cum applicatione pro Cappellaniarum satisfactione, et stipendio vel  
manuali, vel annuali ab ipso Crovisore, ac Deputatis de Nostra appro-  
batione, et consensu assignari celebrarent. Insuper mandamus, quod  
singulis annis in Die Commemorationis omnium Fidelium Defun-  
ctorum, una Missa cum Cantu in praedicta Ecclesia celebrari  
debeat, et ita satisfactam censatur coeteris aliis ejusdem Ecclesiae  
obligationibus omnibus, quibus hoc modo Apostolica Auctoritate  
derogamus. Volumus autem quod reliqui dictae Ecclesiae redditus  
in satisfactionem onerum ex aere alieno provenient: quotannis  
erogentur; quodque Crovisor ac Deputati nunc, et pro tempore  
existentes singulis annis de praedictae Ecclesiae redditibus, deque respectiva  
aeri alieni dimissione, nec non de praedictorum priorum onerum  
a dimplemento coram Nobis, successoribusque Nostris docere teneantur.  
Pro reliquis vero functionibus Ecclesiasticis, quae omnino necessa-  
riae videbuntur, pro aliisque simul impensis Ordinariis ob Eccl-  
siae servitium occurrentibus, expressam, ac declaratam Tabulam  
pro Nostra approbatione quam primum Nobis exhibebunt;  
coeteras denique quascumque impensas extraordinarias, rebus vicantibus

ut si saepe prohibemus, nisi de Nostra speciali approbatione,  
 et consensu. Haec vero dispositio pro tempore Nobis, et successoribus  
 Nostris bene viro perdurabit, ita ut si redditus dictae Eccle-  
 siae augeri contigerit, pia quoque onera proportionabiliter augeri  
 possint, ac dimissis pariter creditoribus, debita cum proportione  
 pia onera similiter possint adimpleri, et ita Auctoritate Apo-  
 stolica reducimus, decernimus, statuimus, et servari mandamus, con-  
 trariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Ulyssipone ex Aedibus Nostrae Residentiae hac die tertio  
 Mensis Novembris anno a Nativitate Domini millesimo octin-  
 gentesimo vicesimo nono. Certificatus vero S. M. Domini Nostris  
 Cuius Capae VIII Anno I.

C. Archiep. Patru. M. A.

Nicolas Joseph Malagamba Sec.



Quingentesimo de Sello  
 Die 6 de Novembro del 1829

N. 22. Fonseca

Reg. lib. 2. B. fol. 56.  
 J. L. P. N. J. J.